


FABELLAE DISCIPVLORVM

pars p̄ma



Ecce fābellae quae ā discipulīs nostrīs scriūptae sunt ut artem scribendī exercērent. Fābellārum argūmenta ad librum cui titulus est *Familia Rōmāna* pertinent, nam eō ipsō librō auctōrēs cuiusque fābellae linguam Latīnam discunt. Cōnsilium fābellās dīulgandī cēpimus ut aliī discipulī exemplō nostrō hortantēs aliquid eiusdem generis scribant ac tempus iūcundē peragant.

Grātiās agimus auctōribus nostrīs!

Кирилл Прокопов

[Antibarbari HSE](#)

RES QUAE HOC LIBRO CONTINENTVR

<i>fābellae titulus</i>	<i>ad FR capitulum</i>	<i>fābellae auctor</i>
Dē Mēdō puerō	VIII	Ксения Елистратова
Quid dīcunt deī?	XI	Екатерина Шевлякова
In terrīs barbaris	XV	Ксения Елистратова
Id est māius quam lūdus deōrum...	XX	Екатерина Шевлякова
Dē Dāvō perterritō	XXI	Светлана Филатова
Dē initio amōris Dōrippae ergā Lepidum	XXI	Ксения Елистратова
Dē Syrae tacitō	XXIX	Екатерина Шевлякова
Familia Ītalica	XXXIII	Илья Онегин

Подготовлено по результатам проекта «Разработка методических материалов для изучения древнегреческого и латинского языков» при поддержке фонда «Гуманитарные исследования» ФГН НИУ «Высшая школа экономики» в 2022 году.

DE MEDO PVERO



Ecce puer Mēdus. Mēdus sōlus in vīllā est. Estne Mēdī haec vīlla? Non Mēdi, sed patris eius vīlla est. Habetne pater Mēdī fēminam et aliōs filiōs aut filiās? Is neque fēminam, neque aliōs līberōs habet, Mēdum tantum. Nōnne parva est familia huius virī?

Mēdus cum patre et sine mātre in Siciliā habitat, quae est īnsula magna et prōvincia imperiī Rōmānī pulchra. Iī prope oppidum, quod Messāna vocātur, habitant. Ecce vīlla, in quā Mēdus et pater eius habitant.

Num magna? Nōn, parva haec vīlla est. Pauca cubicula in vīllā īsunt, nam servōs et ancillās pater Mēdī apud sē non habet: is dominus pecuniosus non est.

Mēdus ē fenestrā viam aspicit et puellam videt. Num foeda est puella? Immō fōrmōsa est et ornamentis pulchris ornatur.

patris *gen*

patre *abl* matre *abl*

*villa*

Iam Mēdus ex ōstiō vilae exit et ad puellam it.

— Ō Mēde, salvē!

— Salvē, Lydia! Quid agitur?

— Bene agitur! Ubi est pater tuus? Nōnne in tabernā suā?

— Illīc adest, librōs novōs antīquōsque vēndit. Bonus tabernārius meus pater est; multī librī ab eō emuntur. Mihi autem librī nūllīs nummīs cōnstant, nam is pater meus est!

Lydia et Mēdus laetī sunt et rīdent.

bene < bonus

mē (*acc*): mihi (*dat*)

SCAENA SECVNDA

Pater Mēdī viā it et saccum umerīs vehit. Saccus, quem is portat, est magnus; itaque vir fessus est. Unde venit? Messānā venit. Taberna eius Messānae est. Quō it? Ad vīllam it. Pater advenit et līberōs videt, sed iī eum non vident. Vir cantat, nam ā puerō et puellā dēlectātur. Lydia eum audit et ad eum sē vertit. Puella virum videt, quem digitō mōnstrat. Mēdus quoque eum videt. Pater Mēdī ad eōs adit. Līberī eum salūtant.

— Salvēte, Mēde, Lydia!

— Quid inest in hōc saccō, pater? — Mēdus patrem interrogat.

— Exspectā, mī filī! Nōnne pater tuus ā tē vidētur, quī nimis fessus est? — pater filiō respondet.

Puer pāret et tacet, quia is filius probus est.

Iī in vīllam intrant. Pater saccum magnum in mēnsā pōnit, ex eō sex librōs sūmit et hōs Mēdō Lydiaeque ostendit.

— Aspicite titulōs!

Mēdus ad mēnsam adit, Lydia autem cōsistit. Puer illum librum, quī in mediā mēnsā est, sūmit titulumque aspicit. Titulum librī “DE RERVM NATVRA” videt. Puer librum aperit et ante oculōs suōs tenet. Multās et parvās litterās Latīnās is videt eāsque aspicit.

— N-e-e ... n-e-e-c u-i ... nec u-i-d-e ...

— “nec videt intereā quī terminus esse malōrum”. Quid est, Mēde? Non sōlum Graecās, sed etiam litterās Latīnās legere convenit!

Vir et puella rīdent. Mēdus īrātus est, quia Lydia et pater eum rident et ab iīs sē vertit.

mī filī (*voc*)

nec = neque

intereā = inter ea

terminus = finis

esse *inf<* est

SCAENA TERTIA

Ad hanc vīllam quattuor virī equīs vehuntur. Prope eam cōsistunt et ūnus ex virīs clāmat:

— Tabernārie, venī!

Iam non laetus est pater Mēdī.

— In hortum currите et tacēte, puerī!

— Pater! — Mēdus, qui patris verba audit, timet.

— Pater tuus tibī imperat, Mēde! Pārē et cum Lydiā abi!

Puer et puella in hortum currunt. Pater Mēdī post eōs ostium claudit librōsque in saccum pōnit.

Illī virī vīllam intrant.

— Hīc est! Salvē, Graece! Ubi sunt librī, quī ā tē emuntur?

Respondē!

puerī = liberī

— Non amīcī, sed inimīcī meī sunt virī, quī hoc agunt!
 Meī librī sunt, vīlla quoque mea est. Itaque, discēdite!
 Illī autem non discēdunt et eum rūrsus interrogant.
 Pater Medi illīs non respondet.

— Malus est Graecus! — ūnus ē virīs īrātīs patrem Mēdī
 accūsat. Cēterī bacula sūmunt et Graecum baculīs
 verberant.

Mēdus et Lydia in hortō illōs audiunt. Lydia lacrimat.

— I ad tē, Lydia!

— Mēde!..

— Curre, amīca mea!

Lydia non currit et Mēdum aspicit.

— Tē amo, mī amīce!

Mēdus Lydiae ūsculum dat.

— Valē, mea pulchra puella! Amīcus tuus post hoc ad tē
 venit.

Lydia discēdit, ad vīllam suam currit et illīc plōrat.
 Mēdus autem ex hortō exit et cubiculum intrat, ubi viri
 improbi patrem eius verberant...

tē amo: Lydia Medium amat

salvē ↔ valē

patrem acc

QVID DICVNT DEI?

Iam Quīntus puer sānus est. Neque caput, neque pēs eī dolet. Necesse nōn est puerō in lectō iacēre. Itaque Quīntus Tusculum it ad Sextum, amīcum suum, quia currere et lūdere vult. Longum tempus aegrōtābat Quīntus!

Pater Sextī, Cornēlius, vīllam et hortum prope viam habet. Omnēs igitur hominēs quī in viā ambulant vidērī possunt. Prīmum puerī in hortō Cornēlii pilā lūdunt, deinde sub arbore in umbrā sedent ac pānem edunt. Quīntus Sextum interrogat: “Quōmodo hominem sānunt? Scīsne?”

Sextus respondet: “Nesciō. Dīc mihi!”

Quīntus: “Sūme cultrum, aperī vēnam in bracchiō. Ruber sanguis dē bracchiō fluit et... homō vīvus ac sānus est! Sed aspicī potest ut mortuus.”

Capillī Sextī horrent. Sextus: “Ō deī bonī! Tū medicus nōn es et hōc modō nēmō sānārī potest!”

Quīntus Sextum stultum esse putat: “Ego nōn sum medicus, tū autem cerebrum parvum habēs”.

Vir cum asinō suō in viā prope vīllam Cornēlii it, sed asinum dūcere nōn potest. Quam stultus est hic asinus! Virum clāmantem nōn audit, baculum virī nōn sentit neque īre vult. Vir īrātus asinum in viā relinquit et domum abit. Post virum parvus puer in viā vidērī potest. Puer ad bēstiam adit, quod timōrem nōn habet. Asinus autem puerum timet. Quīntus Sextusque puerum bēstiam tangere vident. Nunc autem necesse est puerum sānāre! Asinus crūre eūm pulsat! Puer in viā cadit.

Quīntus perterritus ad puerum cubantem accurrit et eum interrogat: “Ut valēs? Quid tibi dolet? Potesne

nunc aergōtat, *tunc* aegrōtābat
(imperfectum)

tunc ————— *nunc* ————— > *mox*
praeteritum praesēns futūrum
perfectum / imperfectum

egō ————— *tū* ————— *is, ea, id*
sci-o sci-s sci-t
nesciō = nōn sciō

egō ————— *tū* ————— *is, ea, id*
su-m e-s es-t

surgere?" Puer autem nūllum verbum respondet, ergō Quīntus ut medicus eum spectat.

Quīntus: "Animam in pulmōnēs dicit, cor eius palpitat... Itaque vīvus est." Sed frōns, genae labraque puerī sunt albae, oculīs clauduntur. Is ut mortuus vidētur. Sextus parentēs suōs vocāns in vīllam currit. Sextus iīs dīcit puerum mortuum in viā esse.

Sed ecce vōx deōrum ā Quīntō audītur! Deī Quīntum puerī pectus pulsāre, per ōs eius āerem spīrāre iubent. Quīntus pāret. Puer aegrōtāns oculōs aperit ac Sextī familiam Quintumque circum sē aspicit. Hominēs puerum vīvere gaudent. Cornēlius clāmat: "Quōmodo tū puerum sānāvistī, Quīnte?! O, Quīnte, necesse est dōnum tibi dare!" Quīntus laetus mālum rubrum ā Cornēliō accipit atque dīcit deōs eum adiuvāre. Parentēs Sextī Quīntō nōn crēdunt, sed eum magnum cerebrum et cor habēre putant.

In futūrō Quīntus bonus et probus medicus erit, quod deī semper vērum dīcunt.

aegrōtāns = qui aegrōtat

nunc sānās, *tunc* sānāvistī (*perfectum*)

nunc est, *futūrum* erit

IN TERRIS BARBARIS



Hōra decima diēī est. Sōl lūce terrām illūstrat. Neque ea nive, neque aqua flūminum ac lacuum glaciē operītur, quia non hiems, vēr autem est. Itaque āēr in vallibus nunc calidus. Circum vallēs sunt montēs altī et silva obscūra. Num in silvā āēr tam calidus est, quam in campō? Immō frīgidus est, multae arborēs enim herbam, quae in umbrā iacet, et ramīs et foliīs suīs claudunt. In silvā unum flūmen magnum ac fluvīi parvī vel rivī sunt. Flūmen magnum silvam in duās partēs dividit. Eae non sunt aequae, sed altera pars magna, altera exigua est. In parte minōre via ā flūmine ad arborēs silvae postrēmās modo ducentōs sexāgintā passūs longa est. In parte maiōre ā flūmine ad fīnem silvae ūndecim mīlia et trīgintā passuum sunt.

*Sōl inter nūbibus in caelō lūcet. Terra
herbā operītur*

altera... altera = alia... alia (*de duobus rebus*)

parvus, *comp* minor -us
magnus, *comp* maior -ius,

*Rivus in silvā*

Prope trecentōs passūs ab initiō silvae neque procul ā magnō fluviō Moenō in Germāniā sunt castra Rōmāna. Ecce Pūblius Aemilius Paulus, frāter fēminaē pulchrae Aemiliae, per mūrī portās castra intrat.

*Aemilius*

Hic vir armātus in animō habet ducī castrōrum suō verba alterīus ducis nūntiāre. Māne Kalendīs Mārtiīs Aemilius castra sua relīquit et aliud oppidum mīlitum petīvit; dux enim, quī Gnaeus Plinius Priscus vocātur, ei illūc, in Castra Vetera, īre imperavit. Necesse est Aemiliō illīc equitēs peditēsque ad exercitūs Romanī impetum arcessere atque arma nova sūmere, quae sunt gladiī, hastae scūtaque, et cum iīs in castra sua revenīre. Post

in animō habet = facere vult
 alius, *gen.* alterīus
 nūntiāre < nūntius
nunc relinquit *tunc* reliquit
tunc ————— *nunc* ————— > *mox*
praeteritum *praesēns* *futūrum*
perfectum / imperfectum
nunc petit *tunc* petīvit (*perfectum*)
quōd? illūc
nunc imperat, revenit *tunc* imperavit,
revēnit (*perfectum*)

dīmidiam partem mēnsis, īdibus Mārtiīs, Aemilius ad alia castra advēnit et ducem illum Sextum Lūcīlium Longum salūtāvit. Dum erat in illīs castris, Aemilius arma sūmpsit, virōs arcesssīvit et aequinoctiō vērnō in viam sē dedit. Vēr erat, diēs igitur calidiōrēs et noctēs ac vesperī breviōrēs veniēbant. Mīles fortis in equō albō, quem in castrīs ēī Plinius dedit, vīa lātā currēbat et canēbat... Nōnīs Aprīlibus ad castra sua revēnit.

Cum Aemilius castra intrat, sodālēs videt. Sodales eī sunt Numerius Valerius Pudēns, vir fōrmōsus, quem multae fēminaē amant, frātrēs et bonī equitēs Lūcius Petrōnius Māmertīnus et Marcus Petrōnius Māmertīnus. Iī post murum et contrā ducem in ordine stant.



Aemilius ducem salutat et ille Aemiliō respondet. Item amicōs is “Salvēte, sodālēs!” dicit et ordinem apud eōs petit. Non est tempus verba Lūcīlii nūntiāre. Dux milītēs aspicit.

“Valerius prīmus, Aemilius secundus est, Lūcius et Marcus Petrōniī tertius et quārtus sunt, Tiberius Claudius quīntus, Salvius sextus...” Plinius numerāre dēsinit. “Ubi Annīus est?” Peditēs tacent. “Nēmo eum videt?” dux interrogat.

nunc advenit, salūtat, sumit, arcessit
tunc advēnit, salūtāvit, sūmpsit,
arcesssīvit (*perfectum*)

vērnus, a, um < vēr
nunc dat *tunc* dedit (*perfectum*)
nunc veniunt, currit, canit *tunc*
veniēbant, currēbat, canēbat
(*imperfectum*)

sodalis -is *m* = amīcus

ōrdō -inis *m* = linea mīlitum

dēsinit ↔ incipit

Iam clāmor magnus ā mīlitibus audītur. Peditēs inter sē colloquī incipiunt et ex ordine exīre volunt, sed dux manū movet et eōs tacēre iubet. Plinius sē ā peditibus vertit et ā murō abit. Nūbēs in caelō ut ovēs albae et nigrae sunt et sōlem claudunt. Exigua tantum pars sōlis vidētur... Plinius ambulat viā castrōrum et ante sē duōs virōs videt: ūnus iacet in terrā, alter autem stat et gladium suum in illum vertit.

colloquī = inter sē verba dīcere

Dux hoc videt, itaque īrātus est. Ad duōs virōs accurrit et “Quid agitis? Quid pugnātis, ut puerī stultī? Necesse est mīlitibus Rōmānīs contrā Germānōs pugnāre neque contrā sē ipsōs! Marce, iam arma sua conde!”

arma condere = arma occultāre

Marcus Antonius Hibērus, vir īrātus, ducī non paret neque gladium condit, sed librum nigrum prope pedēs alterīus virī gladiō monstrat.

“Mī Plinī, aspice hunc librum! Annius vir malus est et ā dominō nostrō Imperātōre Rōmānō sē vertere ac movēre audet. Is alium dominum repperit!”

imperātor -ōris *m* = qui imperat
nunc reperit, tunc repperit (*perfectum*)

Hostis Antoniī Pūblius Annius Vērus aeger esse vidētur: in labrō enim et in frōnte eius sanguis est. Dux Plinius eum stāre et sanguinem dētergēre iubet. Is duōs aliōs mīlitēs vocat et eōs Antonium abdūcere dicit. Trēs mīlitēs abeunt. Plinius, quī Annium virum non malum, sed bonum putat, librum sumit, aperit et spectat.

abdūcere < ab-dūcere

Iam Annius, quī duce suō paret, prope eum stat. “Ecce diēs veniunt Dominī Deī nostrī! Nam quaerāmus Dominum exercituum, et etiam ego vādo! Dominum voco, nam ā Dominō vocor.” pedes dicit. Plinius īrātus librum claudit et eum procul iacit. “Quem dominum dicis, Annī? Diēs Dominī Imperātōris et tunc erant, et iam adsunt! Non ūnum dominum habes: dominus exercitūs ego sum! Tē, Annī, nōlō capite punire, sed

Zachariae 8:21

necesse hoc agere est! Capite eum!”

Aliī duo mīlitēs gladium Aniī sūmunt et Annium abdūcunt. Plinius sōlus in viā stat et tacet. Iam imber dē caelō ut lacrimae magnae cadit.

nōlō = nōn volō

capite punīre = mortuum esse

iubēre

ID EST MAIVS QVAM LVDVS DEORVM...

Nūbēs plēnae sunt variōrum deōrum. Deī vērō eandem vītam ut hominēs agunt. Iī possunt gaudēre vel trīstēs esse, vincere aut vincī, amāre atque amārī. Omnes Venerem esse deam amōris et pulchritūdinis sciunt et filium, Cupīdō nōminātur, habēre. Venus filium suum corda amōre implēre docēbat. Quam īrāta erit dea postquam sciet Cupīdinem hominum cordibus lūdere!

Venus tunc erat pulcherrima deārum, ergō ā multīs amābātur. Quamquam coniugem habēbat, dea amōris ac pulchritūdinis aliōs virōs amābat. Certum est eam appellāre pessimam uxōrem. Etiam Venerem pessimam mātrem vocāre possumus. Nam in tempore praeteritō ea deum bellōrum Mārtem amābat. Amor Mārtis Venerisque fōrmōsissimus erat, eīs igitur ā nūbibus dulcis filius Cupīdō dabātur. Beātus erat Cupīdō, amōr parentum eum dēlectābat. Ūnō autem diē māter Cupīdinis patrem eius eumque ipsum relinquēbat. Novus enim amor excitābat in corde Veneris. Cupīdō, quod amōrem inter parentēs suōs nōn vidēbat, incipiēbat hominēs in terrā vīventēs trīstēs facere.

Cupīdō vērō puer improbus est. Is solet sagittās ex arcū iacere ac sagittīs illīs corda hominum pulsāre, quibus amāre nōn convenit. Miserī sunt illī virī fēminaēque! Cotīdiē Veneris filius rīdet nōn sōlum hominēs, sed etiam bēstiās. Sagitta Cupīdinis cor asinī tangere potest, itaque haec bēstia equam sequētur omnibus locīs. Dominus ad asinum clāmat “Quam stultus tū es!”, sed nescit cor asinī plēnum esse amōre. Cupīdō sedēns suprā rāmum arboris laudat optimum lūdum suum.

vīta- ae, f < vīvere

vītam agunt = vītam vīvunt

vincere



equa -ae f= equus fēmina

Aemilia Crassum amābat, virum dīvitem, neque ab eō amābātur. Hic amor lūdus Cupīdinis erat! Multum lacrimābat virgō, neque nocte dormīre poterat. Cupīdō iterum iterumque rīdēbat, quia Aemilia tam fōrmōsa erat quam eius māter. Filius deōrum nōlēbat eam beātam familiam habēre.

Rōmae ambulāns Aemilia templum Veneris saepe intrābat ac deam interrogābat: “Cūr Crassum amō nec alium virum bonum?” Venus, quae vōcem Aemiliae audiēbat, gaudēbat fēminam nōn minus pulchram quam eam ipsam aspicere. Ūnō diē dea Aemiliae haec verba dīcēbat: “Oportet tibi, mea puella, virum illum pecūniōsum bonumque amāre, quī tē nimis amat. Accipe dōna eius. Cum fātō suō pugnāre nōn licet”. Ita Venus maleficia Cupīdinis perdidit. Sīc Aemilia rūrsus incipiēbat fātō suō sequī et in corde virginis amor ergā Iūlium augēre incipiēbat.

Nōnne laetāminī, quod dē improbō Cupīdine legēbātis? Quōmodo Venus filium suum reprehendet? Necessē est scribere alteram fābellam!

nōlēbat = nōn volēbat

fatum -ī n = quod fit

maleficiū -ī n = malum factum

per-dere ↔ servāre

perdidit *perfectum*

DE DAVO PERTERRITO

Iūlius Dāvum vocat: “Dāve! Ī cum Mārcō et dā eī munda vestīmenta!”

Dominus servō imperat vestem puerī mūtāre. Mārcus ā Dāvō aspicitur neque ab eō cognōscitur, quia is sordidus et ūmidus est atque cruor eī dē nāsō fluit. Quid fēcit Mārcus? Cum Sextō pugnābat et ab eō pulsātus est.

Dāvus, quī Mārcum nōn cognōscit, eum abesse putat et interrogat: “Ubi est puer? Estne in hortō?”

Mārcus: “Hīc sum. Nōnne mē cognōscis?”

Iam Dāvus intellegit puerum sordidum Mārcum esse. Is dominō pāret et cum Mārcō discēdit.

Dāvus et Mārcus in cubiculō puerī sunt. Dum servus tenet vestem mundam, puer prīmum faciem et manūs, deinde genua et pedēs lavat.

Mārcus ā Dāvō interrogātur: “Ā quō pulsātus es? Magisterne tē tam verberāvit?”

Dāvus nescit Mārcum cum Sextō pugnāvisse, ergō prāvē putat eum ā magistrō verberātum esse.

Verba servī Mārcum nōn dēlectant. Puer īrātus putat servum stultum esse : “Tacē”, inquit, “Nōn oportet servum hās rēs scīre!”

Itaque Mārcus Dāvō nōn respondet et ad parentēs revēnit. Nunc Dāvus sōlus in cubiculō eius manet. Is sibi ipsī dīcit: “Magister Mārcī et Quīntī severrimus est! Semper eum timēbō!”

DE INITIO AMORIS DORIPPAE ERGA LEPIDVM

Vōs dē fīne amōris Dōrippae et Lepidī scītis, dē initiō vērō nunc audīte.

Vesper īdibus Augustīs erat. Sōl in caelō lūcēbat et aura nec callidior nec frīgidior fīēbat. In viīs Rōmae lātīs multī hominēs ībant et in tabernās intrābant, multa illīc aspiciēbant et cum tabernāriō colloquēbantur. Amīcae cum amīcīs suīs ambulābant et illī eās complectēbantur.

In viā angustā Dōrippa sōla domum petēbat. Hīc minus hominum quam in cēterīs urbīs locīs erat: Dōrippa nēminem adhūc vīdit. Ea trīstis cōgitābat: “Cūr ego ā nūllō virō probō amor? Certē Flāvius mē amat, at is nimis stultus est! Pūblilius mē cotīdiē flōrēs mittit et Marius epistulās, sed tamen prīmus saepe īrātus, alter vērō pauper est! Etiam Pancratius mē amat, is autem Graecus ac servus est! Ō Venus pulcherrima, ō Cupīdō laetissime! Quam vōs sevērī estis!” Dōrippa lacrimāre incipiēbat.

In eādem viā tunc Lepidus erat. Is sub fenestrā alicuius domī stābat rōsīsque manibus tenēbat. Vir fenestram et fēminam ad eam stantem intuēbātur. Is clāmāvit: “Ō mea gracilis Līvia! Amīcus tuus Lepidus ad tē vēnit. Exī, fōrmōsissima Līvia, atque ūsculum amīcō tuō dā!”

Līvia autem “Quid mē fōrmōsissimam mulierem appellās, Lepide?” inquit “Num ita putās ut dīcis? Nonne mentīris?”

Lepidus genū posuit et exclāmāvit: “Ō Līvia! Quid hoc est? Cūr dē verbīs meīs dubitās? Num amōrem meam ergā tē ignorās?”

Līvia: Quid ais? Tibi vērō nōn crēdō neque ā verbīs tuīs

aura -ae *f*=ventus mollis

multa *n pl*= multās rēs

nēmō, *acc* nēminem
vidēre vīdisse

ali-quis, *gen* ali-cuius

venīre vēnisce

pōnere posuisse

ignorāre = nescīre

fallī possum! Tū vir pessimus es, Lepide!

Lepidus: Ō amīca mea, sānusne es? Quā dē causā mē accūsās?

Līvia: Profectō ipse omnia intelligis! Nōnne tū, Lepide, sīc dīxistī: “Difficile est amōrem meum verbīs dēmōnstrāre, ō Līvia! Mox, amīca mea, tē uxōrem dūcam. Nōs in vīllā magnificā habitābimus, multōs servōs ancillāsque habēbimus ac trēs vel quattuor puerōs ēducābimus. Amor noster tempore nōn minuētus, sed īdem erit nisi augēbit.” Ego beāta eram et quodque verbum crēdēbam. Num hodiē quoque laetor? Immō miserrima sum, nam māne tē prope tabernam aliam virginem ūsculārī cōnspexī!

Lepidus: Illa virgō... illa virgō soror mihi est!

Līvia: Dēsine, Lepide! Sānē vix tē excūsāre potes! Nōlō plūs audīre, quia nimis saepe mentiēbāris! Discēde et domum meam numquam advenīre!

Lepidus: Līvia, manē!..

Līvia: Satis iam locūtī sumus. Amōrem excitāre scīs, Lepide, eum servāre nescīs. Dōnum tuum reddō. Id tēcum fer. Valē!

Līvia, postquam ānulum per fenestram iēcit, eam clausit. Lepidus paulum temporis fenestram clausam aspiciēbat. Tum vir ūrnāmentum redditum sūmpsīt et in sacculum parvum posuit. Deinde is domō Līviae abiit eādemque viā ambulāre perrēxit. Lepidus putābat: “Quid opus est agere? Nōnne officium virī est fēminam cōsōlārī? At ego male ēgī ut semper mihi fierī solet! Ō Iuppiter Maxime!”

Dum Lepidus ita cōgitāns viā angustā ībat, Dōrippa eum ante sē esse crēvit. “Haud frequentēs hīc hominēs sunt! Quis est ille? Numquam adhūc eum vidēbam. At

uxōrem dūcere = uxōrem suam facere

ēducāre = (līberōs) alere, cūrāre, docēre

cōn-spicere -spexisse

sānē = certē

loquī locūtum esse

iacere iēcisse
claudere clausisse clausum esse
red-dere -ditum esse

pōnere posuisse
pergere perrēxisse

agere ēgissee

cernere crēvisse
haud = nōn

quam fōrmōsus! Et simul trīstis vidētur... Quid manū sinistrā fert? Nōnne flōrēs? Habetne amīcam, ad quam eōs portat?..”

Dōrippa ad virum īre et cum eō loquī nōn audēbat et in mediā viā cōnstitit. Lepidus interim eam animadvertisit. “Iterum fēminaē occurrī! Quid ea quiēta ut deae sīgnū stat? Mē spectat... Cūr tam trīstis est? Eam plōrāvisse videō. Quōmodo mihi agere dēbet? Licetne mē ad eam adīre? An melius est mē opperīrī?”

Dum is tacitus exspectābat, Dōrippā rūrsus īre perrēxit et iam Lepidum nōn procul ā sē relīquit. Nec vērō Lepidus plūs manēre silēreque volēbat. Dōrippam sequēns hoc dīxit: “Ō virgō pulchra, cuius nōmen nōndum sciō! Etiam trīstitiaē tuae causam nesciō, sed hī oculī lūce suā omnia illūstrant. Et quam clārē! Tē miseram vidēre nōlō, nihil igitur agere mē nōn decet. Sūme hās rosās et cotidiē gaudē dum vīvis!”

Lepidus Dōrippae flōrēs rubrōs dedit. Dōrippā pulchritūdine verbōrum flōrumque turbātā, Lepidus discessit. Fēmina pectus suum tangens cor eius nimis palpitāre sēnsit. Dōrippa Lepidum, quī nōndum procul aberat, accurrit et “Ō bone vir” inquit “dōnō ac verbīs tuīs dēlectāta sum. Trīstitiam meam vīcistī. Quod nōmen est tibi?” Vir Dōrippae rīdet: “Lepidus vocor”.

Posteā Dōrippa ūna cum Lepidō multōs diēs aget. Nārrātiō nostra autem ad fīnem vēnit. Quid erat falsum, quid erat vērum? — Nēmō certē scit.

occurrere occurrisse

relinquere reliquisse

trīstitia -ae f< trīstis

dare dedisse

dis-cēdere -cessisse

sentīre sēnsisse

ac-currere -currisse

vincere vīcissee

posteā = deinde

nārrātiō -ōnis f< nārrāre

DE SYRAE TACITO

Nārratiōne dē Thēseō ac Mīnōtaurō dēsitā, Syrā Quīntum dormientem aspicit ac sine ūllō sonō ex eius cubiculō exit. Ancilla multum cōgitat dē amōre suō antīquō, quem difficile est oblīviscī. Syra memoriīs suīs occupāta hortum pulcherrimum intrat. Ancilla, dum inter arborēs ambulat, animō in adulēscētiae suaē tempora trānsfertur.

Magna et bēata familia fuit Syrae. Parentēs eius, etsī nec dīves, nec pauperēs erant, liberī tamen in Graeciā vīvēbant ac liberōs suōs probōs cīvēs facere cōnābantur. Quam mīrābātur Syrā, quod cotīdiē amōrem parentum vīdit, quī tempore nōn minuebātur, immō vērō augēbātur! Valdē igitur cupīvit ipsa marītum habendī quem amābit et ab eō amābitur.

Calidō diē mēnsīs Iuniī Syra vās ingēns aquā pūrā ē rīvō implēbat ut biberet ac lavāret. Haud facile fuit virginī vās aquae plēnum domum portāre. At subitō adulēscēns prope puellam currēns cōnstitit ac continuō eī auxiliō suō ferre cōnātus est. “Lūcīlius nōmen mihi est.”, inquit, “Tūne Venus es? Venerī vās grave portāre nōn licet!” Haec verba audīta, Syrā ad Lūcīlium sē vertit ac nūllum verbum facere potuit. Capillus eius lūcēbat in lūce sōlis, oculī tam caeruleī erant ut ūceanus, faciēs et corpus Lūcīlii fōrmam admirabilem habēbant. Statim amor ac spēs cor Syrae implēvit. Tam pulcher et tam probus esse Lūcīlius eī vidēbātur. Profectō sīcut Apollō fuit! Syra nesciēbat magnum periculum se exspectāre.

Cotīdiē virgō et adulēscēns ambulābant in viīs Athēniēnsibus loquentēs dē rēbus futūrīs et eōrum amōre. Únō diē, pare in umbrā arboris iacente, Lūcīlius

tacitum -ī n < tacēre = rēs dē quā homō loquī nōn vult

occupāre occupāvisse
occupātum esse < ob-capere

trāns-ferre

vās -is n = pōculum magnum

caeruleus, a, um = color caelī et maris

magnificam līneam margarītarum ex sacculō suō prōmpsīt dīcēns “Haec līnea aestimātur multō minor quam amor meus, sed accipe dōnum meum, dēlicia mea, sī mē amās” ac simul dēdit Syrae ḍornāmentum pulcherrimum. Virgō ob fēlīcitātem sē putābat volāre posse. Multa ḍoscula in genīs Lūcīliī data sunt nec ūllum verbum dē orīgine ḍornāmentī Syra interrogāvit.

Post paucōs diēs adulēscēns ānulum gemmātum puellae dōnāvit ut ad mātrimōnium eam dūceret. Lūcīlius Syrae multās rēs prōmīsit atque ea certē eius verbīs crēdidit. Syra Lūcīlium maxime amābat etiamque volēbat familiām bēātam habēre.

Lūcīliō et Syrā in viīs oppidī suī ambulantibus, fēmina quaedam magnā vōce clāmāvit “Für meōrum ḍornāmentōrum inter vōs est! Haec virgō cum nāsō ingentī līneam meam margarītarum atque ānulum gemmātum iam gerit!” Syra perterrita multitūdinem hominū īrātōrum circum sē animadvertisit et sine morā dīxit “Mī Lūcīli, persuādē eōs nē ego ḍornāmenta furer! Dīc eī fēminaē tē ea ēmissee et mihi dedisse!”. Lūcīlius autem ut surdus verba amīcae suaē neglēxit et statim ab eā cucurrit. “Nesciō hanc virginem!” clamavit ille.

Post haec facta sunt, Syra tam sevērē pūnīta est ut etiam familia filiam negāret. Nēmō puellae miserrimae crēdidit, omnēs accūsāvērunt. Ita Syra ancilla facta est et Ītaliām petīvit nē parentēs factī suī pudēret.

Oculī Syrae iam plēnī lacrimārum sunt. “Ūnae tantum reī mē paenitet», inquit, “eum tam multum amābam! Āmīsī spēm, familiām ac libertātem. Omnia āmīsī!” Mox vērō vōx Aemiliae ā Syrā audītur. Syra lacrimās tergit ac opus suum facere pergit.

pār, paris *n* = duo hominēs inter sē amantēs

dēlicia = fēmina amāta

mē paenitet *gen* = ob rēs factās trīstīs sum

FAMILIA ITALICA

Lūciō Balbō fuit vir dīves, coniūnx paterque dīligēns ac bonus cīvis Ītalicus. Is cum uxōre suā, Emīliā Balbō, duōbus puerīs, Mārcō et Quīntō, atque Iūliā puellā in domunculā Rōmae vīvēbat, quae ūnum et dīmidium chiliometrum ā monte Palātīnō sita fuit. Lūciō nōn inquilīnus, sed erus huius domunculae fuit. Cum vir tam pecūniōsus esset, nōn poterat sine computatrō bene vīvere nec labōrāre nec aliquō ōtiō fruī. Auxiliō huius māchīnae electronicae solēbat enim fungī officiō, cum amīcīs colloquī et, sānē, lūdere.

Lūdus eius favorabillimus [Minecraftium](#) erat. Minecraftium lūdus computatrālis est, ubi domus aedificāre, agrōs arāre ac multās aliās rēs facere licet. Lūciō nōn modo cum amīcīs ac aliīs lūdentibus lūdēbat, sed etiam ēmissiōnēs in [Twitch](#) faciēbat, quamobrem ēmittēns appellābātur. Multī lūdentēs hās ēmissiōnēs per Interrēte vidēbant ac lūdere discēbant. Multī aliī hominēs quoque ēmissiōnēs faciunt. Cum ūnus lūdēns ēmissiōnem facit, alterī spectantēs simul hanc ēmissiōnem vident. Hominēs, quī saepe hās ēmissiōnēs spectant ac ēmittentibus subscriptōres sunt. Lūciō multōs subscriptōres habēbat, plūrēs aliīs ēmittentibus Ītalicīs, et magnam pecūniām quasi dōna accipiēbat.

Quoniam pater dīligēns erat, volēbat ille etiam līberōs hunc lūdum lūdere docēre. Līberī eius adhuc parvī erant: Mārcō, frāter maior, octo annōrum erat, Quīntō septem annōs habēbat, Iūlia quīnque annōrum erat. Cum līberī lūdōs puerīlēs in oecō lūderent (ubi aliō tempore hospitēs convenīre solebant), Lūciō ē cubiculō suō advēnit ac

domuncula -ae *f* = pars magnae
domūs cum culīnā, balneō
chiliometrum -ī *n* = circā mīlle
passūs

inquilīnus -ī *m* = qui non in sua
domō sed in aliena vivit ac
pecuniam domino

domūs solvit

computatrūm -ī *n*
māchīna, ae *f*
electronicus, a, um
favorabilis, e <

favēre

computatrālis, e

ēmissio, ūnis *f*: si quis ēmissiōnem
facit, potes eum lūdere vidēre,
quamquam is procul ā tē esse potest
Interrēte, -is *n* = rēte
computatrōrum totīus mundī



sub-scribere

notificātiō, ūnis *f* = aliquid novī
accipere ab eō, cui subscribis

puerīlis, e = aliquid puerōrum
oecus -ī *m* = cubiculum maximum in
domunculā, ubi hospitēs convenīre
solent

novum lūdum prōposuit.

Lūciō: “Līberī meī, vultisne aliquid novī meō computatrō gustāre?”

Mārcō: “Num vir tam senex quam tū potest nōbīs aliquid excitāns prōpōnere?”

Quīntō: “Tacē, Mārcō, puer improbissimē ac stultissimē! Nōn dubitō, quīn pater semper aliquid novī nōbīs mōnstrāre possit”.

Iūlia: “Ostende nunc, quod vīs, pāpa!”

Lūciō: “Iam dēbet nōbīs meum cubiculum venīre. Mārcō, isne nōbīscum?”

Mārcō: “Profectō eō...”

Posteā iērunt iī in cubiculum Lucīonis.

Lūciō: “Vidēbitis, līberī meī, novum lūdum Minecraftium appellātum...»

Mārcō: “Novum! Ha-ha! Rīdēsne nōs? Omnes condiscipulī meī iam Minecraftium lūdunt!”

Quīntō: “Egō nūllum condiscipulum adhūc habeō, quī Minecraftium lūdat. Sī tam prūdēns es et multōs amīcōs tibi sunt, cūr nōbīs hoc nōndum ostendistī?”

Mārcō: “Nōlō īfantibus rēs tam difficilēs ostendere!”

Lūciō: “Minecraftium nōn difficile, sed facile ad lūdendum est. Ibi potes citō dominus magnārum villārum cum multīs bōbus, equīs, gallīs, porcīs ac aliīs animālibus fierī. Poteritis etiam contrā spīritūs malignōs pugnāre vel lātōs campōs, altissimōs montēs, splendida templā, casās arcānās in silvīs vel castella in altō submersā quaerere”.

Quīntō: “In mundō nostrō nūllum spīritum malignum invenīre possum!”

Iūlia: “Et castella submersa hīc quoque nōn sunt...”

Mārcō: “Nūper ūnum huius spīritūs vīdī! Is...”

excitāns < excitāre

quīn = quod

condiscipulus -ī m = qui tēcum discit

bōbus < bovis dat

spīritus -ūs m = anima

sine corpore, quae in

terra errat

malignus, a, um = qui malum facit

splendidus, a, um = magnificus

casa -ae f= domus lignea parva

arcānus, a, um = ignōtus, aliquid terrēns

castellum -ī n = oppidum cum altīs moenibus



Quīntō: “Tacē, Mārcō, tacē! Quōmodo puer octo annōrum tam stultus esse potest?”

Lūciō: “Dēsinite, puerī! Aspicite nunc meam vīllam dīvitissimam!”

Dēnique excītāvit Lūciō computatrum suum, Minecraftium aperuit et servōrem invēnit, ut mōnstrāret līberīs vīllam suam ac suīs incolīs, quī artificēs plūrimārum artium erant ingeniosī in efficiendīs īstrūmentīs ad aedificandum, arandum ac domibus ḫornandīs.

Multī mobēs fuerant Luciōnī... Cum vērō Lūciō vīllam suam invēnisset, nūllus mob vīvus erat — omnēs erant necāti! Nūlla domus intācta erat — omnēs domūs displōsae erant! Arcae Luciōnī plēnae māteriae (ferrī, lignī, aurī), īstrūmentōrum (bidentum ad agrōs arandum, asciārum ad arborēs caedendum, rutrōrum ad terram fodiendam), calceāmentōrum ac vestīmentōrum fuerant, hodiē autem vacuae erant.

Lūciō hīs rebus conturbātus sē locō nōn movēbat.

Mārcō: “Nōn possum rīsum tenēre! Ubi est tua vīlla magnifica, pater?”

Iūlia: “Nōlī patrem rīdēre, Mārcō! Quisquis magnam vīllam habet, omnia perdere potest quae ibi est, sī qui malus nocēre vult!”

Lūciō: “Rēctē dīcis, mea Iūlia! Sed quis hoc scelus facere potuit? Nesciō... Etiam in locūtōriō nēmō scrīpsit! Dēbet mihi nunc meōs amīcōs vocāre”.

Deinde aperuit Lūciō Facebook, ut suō optimō amīcō Cornelionī scriberet. Facebook nexus sociālis est, cuius ūsōrēs dē sē nārrāre possunt, imāginēs ac epistulās electrōnicās mittere, aliōs hominēs sequī et cum amīcīs colloquī. Cornēliō quoque Minecraftium lūdere amābat,

servor -ōris *m* = ubi lūdentēs lūdōs
suōs īstituunt
artifex -icis *m* < ars + facere = quī
bonus in aliquō faciendō est

mob -is *m* < mobilis = (*in ludīs*)
persōna in ludō computatralī, quam
computātrum ipsum gubernat
displōsus, a, um < displōdere: delēre
cum strepitū et igne

arca -ae *f* = ubi rēs variae servantur



bidēns, entis *f*



ascia, ae *f*



rutrum, ī *n*



fodiendam < fodere,
fōdisse, fossum est

calceāmentum, ī *n*

locūtōrium -ī *n* = locus in lūdō
computātralī, ubi lūdentēs colloqui
solent

nexus -ūs *m*

sociālis -e

etsī nōn erat ibi tam fortūnātus quam Iūlius: vīlla eius multō minor erat vīllā Lucīonis, quamquam in ūnō servōre “Latiō” appellātō lūdēbant. Lūciō spērābat Cornelīonem eum, quī hoc scelus fēcit, scīre.

Lūciō (*in loctūtoriō*):

- > amīce, vīlla mea perdita est!
- > heri lūdēbam, omnia bene sē habēbant
- > scīsne quis hoc facere potuerit?

Cornēliō opportūnē cōnexus erat et statim respondit:

- > salvē!
- > ego quīndecim ante minūtīs hoc vīdī! et tibi nārrāre volēbam

Lūciō:

- > et quidnam accidit tunc???

Cornēliō:

- > erat ibi ūnus lūdēns nigrōrum capillōrum in tunicā albā

- > is bombās īstituēbat, rēs tuās rapiēbat colōnōsque tuōs occīdēbat!

> volēbam eum abstinēre, sed...

Lūciō:

- > quod agnōmen eī erat??

Cornēliō:

- > nōmen eius “MEDĒ_ATHĒNS” erat

Lūciō:

- > magnās grātiās tibi!!

Quīntō: “Quisnam vīllam tuam perdidit?”

Lūciō: “Aliquis nōmine “MEDĒ_ATHĒNS...”

Iūlia: “Scīsne eum?”

Lūciō: “Quōmodo scīre eum possim? Nunc dēbeō eum ē servōre meō expellere. Nōlō tālem lūdentem mēcum lūdere sinere!”

fortūnātus, a, um = pecūniōsus
ac beātus

opportūnē *adv*: bonum atque ad
tempus, idōneē
cōnexus, a, um = in Interrēte
praesens



bomba, ae f

ex-pellere

Mārcō: "Pater, meministīne illum spectantem tuum,
quī in Twitch tibī subscribēbat?"

Lūciō: "Quem dicis, Mārcō?"

Mārcō: "Prīmum is tē multum laūdēbat ac post omnēs
ēmissiōnēs bona commentāria relinquēbat ac magnā
pecūniā..."

Lūciō: "Fortasse nōn nesciō eum..."

Mārcō: "... posteā vērō is tē rīdēre coepit, et dēnique tū
eum in Twitch expulistī".

Lūciō: "Nunc memini! Sed quod eī nōmen erat?"

Mārcō: "Erat "MEDĒ_ATHĒNS" eius agnōmen!"

Lūciō: "Ō Māter Deī! Quōmodo huius viri oblīvīscī
poteram? Grātiās tibi agō, Mārcō! Tū puer probissimus
es!"

Lūciō coepit hominem, cuius agnōmen
"MEDĒ_ATHĒNS" erat, quaerere. Is cōnstituit omnēs
pāginās illīus hominis in nexibus sociālibus invenīre, ut
eum persequerētur et dē eō querētur aut eum ipsum
rīdere. Ita volēbat Lūciō hunc fūrem ac praedōnem
pūnīre et suam vīllam vindicāre.